HUGO DE SANCTO VICTORE. WALAFRIDUS STRABO
12. Jh. Seite 27v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26260
Copyright: Admont, Benediktinerstift



enim egyptiorum immolabimus domino deo nostro & rel. id oues egyptii
ede dedignantur. nec non & pastores ouium spernunt sicut superius
demonstratur. SS. Quod si mactauerimus ea que colunt egyptii coram
eis. lapidibus nos obruent. & rel. Fuit enim apud egyptios taurus
serapi idolo consecratus. quem egyptus instar numinis colebat
eo quod futuris daret quedam manifesta signa. Apparebat
enim in menphis. quem antistites prosequebantur. et repente uelut
lymphatici precinebant et huius capitis imaginem sibi in
heremo iudi fecerunt. nam & isidem reginam coluerunt.
55 Egemus in solitudinem & rel. Hec solitudo est in arabia. quia
mare rubrum ab oriente uno sinu. altero a meridie in
uoluit egyptum. ab oriente per sico. a meridie arabico quem
filii israel transierunt. SS Mortuaque sunt omnia animantia egyp
tiorum & rel. Ideo eos in animalium morte flagellauit ut
ostenderet eos dignos de quibus psalmista diceret. homo cum in ho
nore esset non intellexit et rel. stulticiam eorum designans qui non
ratione a deo sibi insita sed uoluptatibus propriis utebantur uel
ideo animalia eorum percussit ut cognoscerent illa que pro deo
colebant apud deum pro nichilo reputari. qui quidem taurum. api
uaccam isidi. arietem ioui. ammoni constituerunt.
Israel uero unius dei cultor quasi dissimilis animantibus suis do
minari permittitur. SS. Tuleruntque cinerem de camino. et reliqua
Cinis significat fragilitatem carnis humane cui dicitur: quod superbit
terra & cinis. Iesice superbiam cordis et uulnera dolose
mentis maliciam innuunt. Hec plaga sparso cinere in
celum dicitur euenisse. quia talium operum corruptione celestis ira